

BIBLIOTECAS  
CIVILIS  
CITADELLA  
COMMENTARIUS  
HECTORIS  
RICHERII PATRIA  
FORO IVLIENTIS,  
ex Nobilibus à Portunaonis,  
Iurisconsulti acutissi-  
mi in Rubricam  
Pandectarum,  
DE  
Verborum obligationibus.



Bell 15601  
Num 43. cas. 2.

Num ... 7.



LUGDUNI,  
Apud Mathiam Bonhomme.

1553

CVM PRIVILEGIO

Coll Soc. L & S v Salm. ex dono Regum.



GRAVISSIMO SAN-  
CTISSIMOQUE REGIO  
SENATVI GRATIANOPO-  
litano, Hector Richerius inter omnes  
Iurisconsultos minimus, per-  
petuam fœlici-  
tatem d.

55



Ue A M graue, ac detestandum  
sit, upud honestos, & probos viros  
(clarissimi patres) ingratitudinis vi-  
tium: nemo sanæ metis ignorat. un-  
de cum ego mecum ipse pluries in me-  
te voluerim, quam hilari vultu à  
vobis semper sim exceptus, quamq;  
propensum uestrum erga me studium semper fuerit, quanta-  
que in me officia contuleritis: maiorem opinionem omnium ce-  
pi dolorem, vel eo certè maxime quod nulla mihi spes sit in-  
iecta, vel minimam officiorum partem unquam compesan-  
di: magis verò contristabar, quod recordarer apud Cic. legisse  
nos agros fertiles imitari debere, ut beneficijs prouocati, mul-  
tò plus afferamus, quam acceperimus. Verum enim uero cum  
postea aliquanto diligenter considerasssem, non solum ingra-  
tum existimari nō debere, imo excusatione dignum esse eum,  
qui si non posset tantas gratias referre, habeat tamen tantas,  
quantas animus capere possit, aliquantulum sum consulatus.

A ij



HECTORIS RICHERII  
FOROIVLIENSIS IN RVBRI-  
CAM DE VERBORVM OBLI-  
GATIONIBVS, SVBTLIS  
REPETITIO.



EI OMNIPOTENTIS opt. max. præsidio fre-  
tus, line quo nihil rectè  
instituitur. c. cùm Pau-  
lus. j. q. j. solennem, ac fa-  
molum in Pandectis, de  
verb. oblig. titulum ag-  
gredior. In quo quidem  
materia subtilis, + vtilis,  
necessaria, & planè quo-  
tidiana continetur: uti passim interpretes nostri attestan-  
tūr. Disceptandi tamen gratia, contrarium prima fronte,  
dici posse videtur: nempe hanc materiam esse facilem,  
inutilem, ac penitus superfluam, membranāque inutili-  
ter replentem, & occupantem iuxta tex. in. c. si romano-  
rum. §. item si ideo. xix. distin. videtur insuper titulus ipse  
malè, ac perperam inscriptus, & minus congruo loco po-  
situs: ut mox suo loco demonstrabitur.

Quòd autem sit facilis, + patet. nam quotiescunque  
aliquis titulus est difficilis, in eo quoq; lex est aliqua, quæ

A

defectū, vt puta quia stipulator vel pmissor est surdus, vel mutus adeò vt loqui, vel audire nō possit. l.j.in prin.infra eo.

Aliquādo & secūdo est inutilis ob defectū causæ formalis vt cū interrogatio responsionem non præcessit, vel quia inter absentes, aut ex interuallo respōsum fuit. d.l. j.in prin. in §.j.& ij. cum sim. Tertio inutilis est stipulatio ob causæ materialis defectū: vt quia in ea aliquid turpe vel impossibile est deductam. l.generaliter, & l.seq.infra eo. & institu.de inutil. stip.in prin. Postremo deniq; inutilis est stipulatio, ob causæ finalis vitiū: vt puta quia pmitto tibi decē, vt homicidium ppetres. l.si plagij.infra eo. Sed quæret aliquis iunior, quæ nam est differētia inter hūc, & præcedētē, hoc est quartū, & tertiu modū: Respondeo in tertio, stipulatio per se, & (vt sic dicā) principaliter, turpitudinem cōtinet, nēc p adulterij, aut homicidij perpetrationē. d.l.generaliter. At in quarto modo, pmissio de dandis decē, vt homicidiū fiat, nō est omnino & de se turpis, quia promittere decē, licitū est, licet causa finalis, cuius gratia fit pmissio, sit turpis. Hinc fit vt Cy. & quidā alij (quos Bart. & Ias. referūt in d.l.generaliter) sustinuerint, & affirmauerint, tertio illo modo, & vito, stipulationē esse ipso iure nullā: cū tametsi quarto vito labore, valeat quidē ipso iure, at aduersus eā obstet, opponaturq; exceptio. Disputantur in hac rubr. ab interpretibus nostris nonnullæ etiam aliae quæstiones, quas aut tāquam inutiles, aut tanquam impertinentes, & congruētioni loco tractandas, nunc consultō omitto. Soli Dco honos, & gloria. 1553. Calendis octobris.

